


MISERERE MEI, DEUS

(PSALMUS 50)

M ^{I F} 
i-se-ré-re mé- i- Dé- us: * se-cundum magnam mi-se-ri-cor- di-am tu- -am.

2. Et secūndum multitudinem miseratiōnum tuārum, * dele iniquitātem **meam**.
3. *Āmplius* lava me ab iniquitāte **mea**, * et a peccāto meo *munda* me.
4. Quōniam iniquitātem meam **ego cognō**sco, * et peccātum meum contra *me est* **semper**.
5. Tibi, tibi **soli** peccāvi, * et malum coram *te* **feci**,
6. Ut *iustus* inveniāris in sentēntia **tua** * et æquus in iudicio **tuo**.
7. Ecce enim in iniquitāte generātus **sum**, * et in peccāto concepit me *mater* **mea**.
8. Ecce enim veritātem in corde **dilexisti**, * et in occulto sapiēntiam manifestāsti **mihi**.
9. *Aspērges* me hyssōpo, **et mundābor**; * lavabis me, et super nivem *dealbā*bōr.
10. *Audire* me faciēs gāudium et lætitiām, * et exsultābunt ossa quæ humiliāsti.
11. *Avērtē* faciēm tuam a peccātis **meis**, * et omnes iniquitātes *meas* **dele**.
12. Cor *mundum* crea **in** me, **Deus**, * et spīritum firmum innova in visceribus **meis**.
13. Ne *proicias* me a **facie tua**, * et spīritum sanctum tuum ne *āuferas* **a** me.
14. *Redde* mihi lætitiām salutāris **tui**, * et spīritu promptissimo *confirma* me.
15. *Docēbo* inīquos **vias tuas**, * et impii ad te *convertēntur*.
16. *Libera* me de sanguinibus, Deus, Deus salutis **meæ**, * et exsultābit lingua mea iustitiām **tuam**.
17. *Dōmine*, lābia mea **apēries**, * et os meum annuntiābit *laudem* **tuam**.
18. Non enim sacrificio **delectāris**, * holocāustum, si offeram, *non placēbit*.
19. *Sacrificium* Deo spīritus **contribulātus**, * cor contritum et humiliātum, Deus, non *despicias*.
20. *Benigne* fac, *Dōmine*, in bona voluntāte **tua Sion**, * ut ædificēntur muri *Ierūsalem*.
21. Tunc *acceptābis* sacrificium iustitiæ, oblatiōnes et **holocāusta**; * tunc impōnent super altāre tuum *vítulos*.


Gló-ri- a Pa-tri, et Fi-li-o, et Spi-ri-tu-i Sanc-to. * Sic-ut e-rat in princi-pi-o et-

nunc et sem-per, * e u o u a e.